

Vita humana presens o  
cum fonte primo

Solent non nulli uiatores cum  
amena fortasse prata in itinere  
conspiciunt pergendi moras innectere,  
et a coepti itineris rectitudine declinare,  
eorumque gressus tardat pulcritudo  
itineris dum delectat. Electis ergo  
suis pergentibus ad se Dominus huius  
mundi iter asperum facit, ne dum  
quisque uite presentis requie quasi  
uiae amenitate pascitur, magis eum diu  
pergere quam cicius peruenire delectet,  
ne dum oblectatur in uia, obliuiscatur  
quod desiderabat in patria.

Gregorius ibidem (libro XXIII.  
moralium).

Solent enim nonnulli uiatores, cum  
amoena fortasse in itinere prata  
conspiciunt, pergendi moras innectere  
et a coepti itineris rectitudine declinare,  
eorumque gressus tardat pulchritudo  
itineris, dum delectat. Electis ergo  
suis ad se pergentibus Dominus huius  
mundi iter asperum facit, ne dum  
quisque uitae praesentis requie, quasi  
uiae amoenitate pascitur, magis eum diu  
pergere, quam citius peruenire delectet;  
ne dum oblectatur in uia, obliuiscatur  
quod desiderabat in patria.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 23,  
24 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
pp.1179-80, ll.44-52).